

vesperi sequetur. Si autem Sol se inter cometam & terram ponat, ipsum quidem cometæ corpus invisibile erit, sed coma ejus vel manè vel vespri conspicienda erit, igne & que trabis faciem ostendet. Quod vero coma jam recta, jam incurvata, jam latior, jam angustior, lucidiorve appareat, incurvatio illa sphæroidis efficit.

§. 27. Huc usque ergo paucis & rudi Minerva hac doctrina pertractata pedem h̄ic figimus. Deo Patri lumen sit laus & gloria. Amen.

COROLLARIA EX QUAVIS PHILOSOPHIÆ PARTE.

Ex Matheſi.

1. *Consultius esse videtur, ut Matheſis ante Logicam juvenibus tradatur.*
2. *Nullum enim ingenium est, quod non illam melius capere possit, quam disciplinas alias.*
3. *Circulus Mathematicus & sim: concipi potest, non pingi.*
4. *Quadratura circuli non videtur esse possibilis.*
5. *Ex definitione figuræ constat, quod si mundus infinitus sit figuram non habeat.*
6. *Mathematicè loquendo duo corpora in superficie terræ perpendiculariter erecta, non sunt inter se parallela.*
7. *Lunæ montes terrenis altiores esse Mathematicè demonstrari potest.*

Ex Metaphysica.

1. *Absque mentis nostræ clara ac distincta cognitione,*

B. 2

nil